Humano more non est amor absq; timore.

Non sibi seruili: sed amicabile & reuerenti.

Non timeas hominem: nec mundum te tribulātē.
 Sed dominum metue: qui regnat semper ubiq; .
 Qui ualet in patria te ponere sine gehenna. *myse 2110*
 Si christum metuis: semper peccare cauebis.
 Si metuis dominum: tibi donabit paradisum.

De pietate.

I uis gaudere: semper miseris miserere.
 Si pius es miseris: pietate dei potieris.
 Vtilis est pietas: plusq̄ terrena potestas.
 Nemo potestate saluatur: sed pietate .
 Septem corporea fac pauperibus pia facta .
 Pasce famelcentes: pota minimos sitientes.
 Indue nudatos: redimas de carcere captos.
 Aegros conforta: peregrinos collige porta. *7. domo*
 Defunctos sepeli: sic fumes gaudia cæli.
 Septem fac opera pia spiritualia dicta.
 Corrige peccantes: ac instrue pauca scientes.
 Consule non doctis: exora pro tribulatis.
 Conforta mestos: porta patiens onerosos.
 Offensas sponte lædenti corde remitte.

De helemosyna .

I tibi sit multū studeas dare multa frequēter
 Si tibi sit modicū: da iuxta posse libenter.
 Si non sufficias dare: sit tibi prompta uoluntas.
 Si dare nō poteris: saltem pro uelle mereris.
 Christo conciliat helemosyna fædera firmat:
 Crimina mortificat: redimīt: pœnamq; relaxat.
 Gratos conseruat: dantes a crimine seruat.

Omnia multiplicat bona: pro donatibus orat.
D^{de huius}emones expugnat: fraudes a morteq; saluat.
Prodest defunctis: purganti carcere uinctis.
Is cui das munus: sit uel uideatur egenus.
Res quam das propria tua sit: christus tibi causa.
Da bona dū tua sunt: quia nūc data pl⁹ tit i. psūt.
Quā si preberes: cum non retinere ualeres:
Erras si speres: quia plus te diligit heres:
Sub terra positum: q̄ tu te diligis ipsum.

De scientia.

Vlti multa sciūt: & se bñ scire relinquunt
m Temet cognosce: dñm cognoscere posce.
Tu melior fieres: si te prius bene scieres.
Quā si negligeres: & cetera corde teneres.
Discere ne cesses: si doctor maximus esses.
Nam per doctrinam: poteris uitare ruinam.
Non curans scire: merito quod scire tenetur:
Si super hoc erret: non excusatus habetur.
Est quasi uile pecus ignorans: & quasi cecus.
Præcipue regere qui debet: sibi docere.
Cecus ducens cecum: facit ipsum sternere secum.

De consilio.

Mnia consilia tua sint munimine fixa.
o Non te præcipitas: si consilio dñi stas.
Consilio tracta maturo propria facta.
Nam cito peccabis: quando nimis accelerabis.
Consule maiores: prudentes & meliores.
Ut non deficias: nec damnosus tibi fias.

14
Consilium uerum: docet experientia rerum.
Amplior in senibus est experientia sensus.
Si defendendo causam sumas uel agendo.
Hoc fac consultæ: nec consumas bona stultæ.

De intellectu.

Vnc intellectus hoīs constat bene rectus:
t Cū sup oē deū timet: ac intelliget ipsum.
Ac recte credidit: & iussibus eius obedit.

Cur intellectum teneas ⁱⁿ numine fixum.
Sæpe rogans dñm: q̄ cōferat hunc tibi uerum.
Hunc non abscondas in terra: sed bona condas. ^{manifestat}
Ut tibi donatum reddas domino geminatum.
Sic collauderis: a christo non reproberis.

De sapientia.

St immortalis sapientia spiritualis.
e Quæuis mūdana: fert̄ sapientia uana:
Christum diligere sup oīa crimina flere.

Mente deum gerere: peccata futura cauere.
Mundum despiciere: cælestia corde tenere.
Singula sic sapere: sicut sunt: sic & habere.
Hæc est sinceræ mentis sapientia uera.
Exoptat supera sapiens: & gaudia uera. ^{omnia}
Deuitat scelera: mundum contēnit & era.
Optima discernit a prauis: omnia cernit.
Omnia uult agere consultæ: recta tenere.

De paupertate.

p Auptas ⁱⁿ grata: uirtus est magnificata. ⁱⁿ uirtute
Cui sunt collata celorum regna beata.

Pauperies læta stat multum laude repleta.
Spernit terrena: paradisi sperat amena.
Paruo contenta paupertas non uiolenta.
Cor leuat ad xpm: quia mundum non habet istum
Quauis induta male sit: stat libera & tuta.
De modico lætæ uiuit: & sine lite quietæ.
Vix aliquē lædit: humilem mentem quoq; reddit.
Carnem compescit: quia non bene pasta macrescit.
Munere ditatur: diuino fine beatur.
Est humilis talis pauper: fit spiritualis.
Nam non inflatur: quis super astra leuatur.

De humilitate.

f Is humilis mēte. uerbis. factis retinens te.
Sis humilis gestu: sēp meditādo quis es tu.
Nullū cōtēnas: sed mūdū: te quoq; spernas.
Sperneq; te semp: noli laudatus haberi.
His gradibus quoq; referes humilis bona uitæ.
Quāto dignior es: humilis potius fore debes.
Qui non est humilis: confundet quasi uilis.
Cerne quid es: quid eris: sic humilis efficeris.
Vile cadauer eris: hoc ergo frequens mediteris.
Subdi maiori decet: equaliq; minori.
Sic humiles grati xpo sunt associati.

De mansuetudine.

Is animo mitis: ut odorē des quasi uitis.
f Esto māfuet⁹: & simplex: atq; quietus.
Hæc faciūt hoīem dño similēq; placentē.
Non reddas prauis mala facta: sed esto suauis.

Hoc tibi dat meritum: deus autem punit iniquū.
Cum magis es dignus: debes magis esse benignus
Namq; fit indignus domini pietate malignus.

De malorum contritione.

I uis solari: sic debes primo lachrymari.

f Qui bene plorabit: deus ipsū letificabit.

Fle pro peccatis: & pro miseris tribulatis.

Pro desiderio paradisi flere memento.

Si non des lachrymas: ipsas optādo gemifcas.

Cū de corde uenit: dñm mox lachryma lenit.

Mētē letificāt lachrymæ: peccamina purgāt.

Et xpm placāt: paradisi gaudia donāt.

De munditia.

Is mūdus corde. uerbis. factis: sine forde.

f Ut dñm ueræ possis sup astra uidere.

Mūditiē uitā uirgo tenet & benedictā.

Dicitur angelicus in uita fore pudicus.

Virginitas flores uirtutum fert & odores.

Humanos mores transcendit: & auget honores.

Propter maiores mundanos spernit canores.

Si uirgo non sis: castus tamen esse coneris.

Cuiuscūq; status quisq; debet fore castus.

Si non sit castus: nemo poterit fore sanctus.

Non sunt foedati: sed mundi corde beati.

De pace.

Sto pacificus: & pacis semper amicus.

e Cū cūctis pacē coneris habere tenacem.

Xps pacificos dixit sermone beatos.

Nascens portauit pacem: moriens reparauit.
Surgens induxit pacem: testando reliquit.
Conserua triplicem christo fratri tibi pacem.
Ecclesiam placa: suffragia sint sacramenta.
Hostes pacifica: seda prudenter iniqua.
Pax confert uitam lætam: mentemq; quietam.
Sedat rancores: fouet & augmentat amores.

De patientia.

Ir patiēs esto: nunq̄ sis corde molesto.
u Nemo sui dñs fertur patiens nisi uerus.
Seruat prudenter animā uiuens patiēter.
Nam flos cunctorum fertur patientia morum.
Fer mala cum pausa: nemo patitur sine causa.
Quāuis hic multa patiatu'r homo sine culpa.
Hic homo torquetur: ut sic patiēdo probetur.
Vt mens purgetur: & premia multa lucretur.
Ne sublimetur: ut xp̄i gloria detur.
Vt preseruetur: nec perpetuo cruetur.
Vt mala prudenter tua portes: & patienter.
Inspice maiores aliorum sæpe dolores.

De obedientia.

Ebet obedire domino: quicumq; subire:
d Vult regnū cæli: parendo corde fideli.
Qui non parebit: celesti sede carebit.
Qui bene parebit: paradisi munus habebit.
Vt nequeas lædi: maiori semper obedi.
Ni tibi constaret: quod non licitis oneraret.
Non est illicitum: iussum maioris agendum.

16
Est dñs semp parendo cuncta regenti.
Plusquam praelato nõ iustũ præcipienti.

De contemplatione.

c Ontemplare bona cœli: poscens tibi dona.
Iugiter æterna conferri sede superna.
Vt sic terrena spernas pro luce serena.
Dicitur actiua bona uita bonum faciendo.
Contemplatiua melior fit: excelsa petendo.
Martha bonam partem sumpsit dño famulando.
Magdalena tñ meliorem fert speculando.
Cur speculatiuus sis in dño: bene fidus.
Sancta gerens opera: sic sumes gaudia uera.

De oratione.

f Edu lus exora dñm: reuerenter adora.
Vt sibi te gratum faciat: te postq; beatum.
Sæpe deum placat oratio. cor bene mundat.
Hostes exsuperat: cælos penetrando subintrat.
Christo pñtat: quæ poscens sedulus optat.
Auxilium prætat his: quos tribulatio uexat.
Nos deus orare iussit: simul uigilare.
Discipulis formam dans orandi: quoq; normam.
Quæ breuis est digna: tenet in se cuncta petenda.

De forma orandi.

o Pater in celis regnans te posco fidelis.
Nomen primum tuũ sit semper sanctificatũ
Adueniat regnum celeste tuum benedictum.
Velle tuum terris fiat per nos: & in altis.
Da panem nostrum nunc nobis quotidianum?

Et parcas nobis mala: sicut nos inimicis.
Et si temtemur: nō permittas superemur.
Sed nos a cunctis defende malis: & iniquis.
Sit deuota gemens oratio: sit pia feruens.
Pura sit: assidua: discreta sit atq; operosa.
Iusta sit & humilis: attenta sit atq; fidelis.

De abstinentia seu ieiunio.

a Bstineas: seruas ieiunia: nulla relaxans.
Quæ iubet ecclesia seruari scilicet ista.
Vult christus natus: accensio: spūs almus.
Sumpta dei genitrix ieiunando uenerari.
Ante diem festi: nec non & apostolus omnis.
Exceptis iacobo philippo sicq; iohanne.
Cum quadagesima iungatur tempora quarta:
Et quæ pontifices in sede sui statuere.
Cum ieiunabis: horam non anticipabis.
Crimina uitabis: epulis te non onerabis.
Pauperibusq; dabis: dñm laudando rogabis.
Carnem castigant ieiunia: crimina uitant.
Vt dñm mentem releuant: faciuntq; placentem.
Donant uirtutes: & præmia: dantq; salutes.

De uerecundia.

Sto uerecūdus: si uis fore crimine mūdus
e Erubeas fari res turpes: ac operari.
Custos uirtutū pudor ē: cōtra mala scutū
Virtutum florem perdis: perdēdo ruborē.
Nō tamē erubeas tantum: q̄ commoda linquas.
Quæ debent fieri: seu crimina cuncta fateri.

Nam rubor hic stultus est crimē: nō bona uirtus.
Sæpe rubor generat scabiē: quia nescius extat.

De ueritate.

Is uerax opere: sis cordeq; uerus: & ore.
f Verax laudat: sed mendax uituperatur.
Verus doctrina sis: iusticia quoq; uita.

Hoc semper teneas: nec propter scādala linquas.
Nunq̄ mentiri debes: nec falsa tueri.

Vt mala uitentur: aliquando uera tacentur.
Sed cum iurabis: quicquid scis: referabis.

Verum non celes unq̄: nec mala reueles.

De moderatione lingue.

On sis infestus: in cūctis esto modestus.
n Optima res mod⁹ ē: nā sēp ad oīa pdest:

Noli laxare linguam: quoniam reuocare
Non poteris uerbum: quod dicis fors an acerbum
Coram quo dicas: quid: quomodo: quādo reqras
Dicas dicēda doctæ: sileas retinenda.

Modo responde: pulcræ taceas: ne re cede.
Vt sic placetur: quando te maior habetur.

Cum de maiori loqueris: sis cautus in ore.
Vtere sermone moderato cum ratione.

Qui sputit ad cælum: sputum dat sibi bellum.

De fidelitate.

I uis in cælis fore gaudēs: esto fidelis:
f Cūctis pferit uir: quādo legalis habetur.

Legalis domino sis: semper ipm amando:
Ac sibi parendo: necnon ipsum reuerendo.

Et dispensando domini bona multiplicando.

Legali probrior non est: nec nomine maior.

Tanq̄ perfectus legalis stat bene rectus.

Non uult fraudare quēq̄: nec damnificare.

De gratitudine.

On sis ingratus: si uis dño fore gratus.

n Redde uices dāti: plus q̄ dat cūcta creati.

Sumens donatū: debes te reddere gratū.

Grates reddēdo uerbis: factis recolendo.

Dicitur ingratus: benefactori male gratus:

Obluiscendo non reddendoue nocendo.

Debīta solue cito: non damnum detur amico.

Si cito non soluis: te ipsum crimine uoluis.

Soluere si tardas: fieri tibi grata retardas.

De discretione.

Irtutum nutritrix: discretio dicitur esse.

u Insuper ē tutrix: quare non debet abesse.

Esto discretus rerū liberamine fretus.

Non bene discernes: nisi te ratione gubernes.

Omnia discerne: quæ sunt bona uel mala cerne.

Elige quæ bona sunt: sed respue quæ nimis obsūt.

Sis circūspectus: ut nunq̄ sis male rectus:

Et sint directa per te quæ sunt male recta.

De prouidentia.

Rouideas cura uigilanti sæpe futura?

p Non noceāt cura: quæ p̄caueas nocitura

Ac bona procura: nō spectās t̄p̄a dura.

Ne tibi quid desit: prouisio prouida præsit.

Qui de uenturis nō prouidet: exit inermis.
 Non confundetur: qui prēmunitus habetur.
 Nescit prodesse: qui nescit prouidus esse.
 Prouidus est plenus: improuidus extat egenus.

De largitate.

Is largus & parcus: nō uastator nec auar⁹
 f Stat medio uirt⁹: extrema tenet loca uir⁹
 Prodigus es dādo nimīū: cupid⁹ retinēdo

Largus dans danda. parcus retinens retinenda.
 Prodigus in uanis consumit: & cur fit inanis.
 Qui sua consumit: eget: undiq; sumit.
 Prodigus est prauus: sed peior fertur auarus.
 Nam semper obest aliis: nunq; sibi prodest.
 Quilibet excessus malus est: cur fit bene præsus.
 Tu medium retine: modus est seruandus ubiq;
 Serua mensuram semper multum ualituram.
 Da cito gaudenter gratis. iuste. sapienter.

Nam dona decorant hæc: & meritum meliorant.

¶ Qualis debet esse doctor siue p̄ceptor.

T ualeas esse doctor bonus: ista necesse
 u Sunt tibi precipue: q̄ debes corde tenere?

Sit tibi uita decens: bona lingua: scientia prudēs.
 Conueniensq; modus: intentio sit tibi christus.
 Commoda dic uerba: sint sacra lege probata.
 Sic ut ab errore doctor caueasq; pudore.
 Sancta fides: culpa: uirtus: & gloria poena.
 Hæc sunt precipuæ per te sermone docenda.
 Sermo tuus gratus sit: uerax præmeditatus.

Claræ prolatus: feruens bonus & moderatus.
Vtilis ornatus sit congruus atq; probatus.
Non tñ elatus sit: nec nimium falleratus.
Semper sermones fac iuxta conditiones
Illoꝝ: qui sunt presentes: nam mage profunt.
Verba dei recita: doc umentis facta marita:
Prodest doctor ita: sic constet ei bona uita.

De correptione.

Ratrem corripe peccantē quisq; tenetur.
f Vt careat scelere nisi quādo per ista timeſ
Deterior fieri: uel nō correptus hēri.
Vel si speretur: q; pximus inde grauetur.
Aut si tardetur: quia nō dum tempus hētur.
In simili peccans: publicæ superis ꝑhibetur.
Ut bene corrigere ualeas: te corrige uere.
Ut sic correptus: possis reprehendere rectus.
Qui nō corrigitur: alioꝝ facta uidendo:
Corriget ut legitur: alioꝝ malefacta sequendo.
Pruos corrigere: uirtus est maxima uere.
Iusti uexantur nisi prauī corripiantur.

De uigilia.

Rudenter uigila: ne fallat mors nec culpa
f Sunt ꝑmissa bona: uigilātibus atq; corona
Se bene ditabit meritis: bene q; uigilabit.
Sunt dormientes reprobati: nō uigilantes.
Christus ad orandum monuit nos ad uigilādum.
Ut cum tētamur: in nullo decipiamur.
Nam uenit absq; mora mors : qua nō credit' hora

Debēs uītare nīmīum sero uīgīlare.
 Nam uīgīlare nīmīs sero: plus consumit ut ignīs.
 Nempe fitim generat in nobīs: tempora uāstat.
 Corpus sǽpe grauat: animam quandoq; molestat
 Surgere mane uetat: & crastina facta retardat.
 Noli dormire nīmīs: aut pausando pigrire.
 Somnus enim nīmīus: est ualde sǽpe nociuus.
 Corpus enim reddit pigrescens: reumata mittit.
 Vulnerat & mentem: sic ocia uana sequentem.
 Tempus perdēdo: & uitīis alimēta gerendo.
 Dat lasciuire: carnem faciendo perire.
 Cum uīs dormire: debet crux sancta prǽire.
 Te sic cōmendes domino reuerenter & ores.
 Me tibi cōmendo semper deus alme: petendo:
 Ut me pausantem conserues: & uīgīlantem.
 Me tibi uirgo pīa genitrix cōmendo maria.
 Tu mīhi saluatrix sis semper & auxiliatrix.
 Angele quī meus es custos pietate superna:
 Me tibi cōmissum serua: defende: gubernā.
 Hęc eadem faciēs: de somno quando resurges.

De constantia.

I uīs regnare: studeas bene continuare.
 f Fac bona cōtinue: poteris sic uiuere tute.
 Omnes uirtutes cōcurrunt q̄rēdo salutes:
 Cōtinuans cursum: scandit constantia sursum.
 Incipiunt multi: non perficiunt bona stulti.
 Stultus mutatur: ut luna cito uariatur.
 Quolibet a uento giratur sicut arundo.

Sed prudens constat ut sol: sua lumina præstat.
Quod bene cepisti: comple: nam premia donat
Christus uincenti: finis nam pugna coronat.

De quinque sensibus exterioribus.

Vstus: & olfactus: auditus: uisio: tactus.

g Per te claudantur: ne fordes ingrediantur.

Noli respicere: quæ possunt uisa nocere.

Auertas uisum: tibi ne tollat paradisum.

Intrat mors animam: per uisus sæpe fenestras.

Cum clausis portis: euita uulnera mortis.

A uerbis uanis: mendacibus atque profanis

Aures auertas: & ipsas ad commoda uertas.

Audi sermones: missas: horas: orationes.

Sic te dispones: ad rectas condiciones.

Non sit odoratus unquam tuus immoderatus.

Christus odor tibi sit: cum plus quam cetera profit.

Stringe tuum gustum: qui uult consumere multum.

Plurima gustare: uult uentrem sæpe grauare.

Si gustum sequeris: nunquam bene proficies.

Si sibi credideris: non sobrius efficiaris.

Sic compeſce manus: ne tactus sit tibi uanus.

Tangens immunda manus: ex hinc est male munda.

Ut uites poenas: res non tangas alienas.

Non aliquid tangas male: pro quo postea plagas

Sicque pedes cohibe: nec uadant mala prompte.

Non ad rixandum uadant: nec ad damnificandum.

Non ad cernendum res uanas: nec faciendum.

Ad dominum gressus dispone: tuosque regressus.

Et quæ de facili nequeunt assueta relinqui.
Non sumas usum: qui gignere possit abusum?
Cathalogus pluriû documëtorû.

It tua mës mûda: semper meditatio sãcta:

f Actio sit iusta: necnô intëtio recta.

Cómoda sint uerba: sit cõuersatio grata.

Sit placidus gestus: gressus maturus honestus.

Congrua sit uestis. sociis sociaris honestis.

Compositos mores: habeas laudabiliore.

Inspice maiores: mediocres atq; minores.

Collige sic flores uirtutum commodiores:

Cum quibus orneris: salueris & auxiliieris.

Sis bene morosus: ad impia facta morosus.

Nobilitas morum plus prodest q̄ genitorum.

Sis bene discretus: inter cõuiuia lætus.

Tũc parce comede: mage parce pocula sume.

Et parce loquere: socios large reuerere.

Non sis ad risum pronus: nisi sit tibi uisum:

Quod bene conueniat: & honestæ tunc tibi fiat.

Illum homo deridet: qui multum uel cito ridet.

Non discurrendo procedas: uel saliendo.

Non uadas nocte: uel eas saltem bene doctæ.

Si possis tende sociatus semper honestæ.

Signa mali fugias: nec suspectus male fias.

A praua specie debet se quisq; cauere.

Non habeas socios stultos: sed dogmate fultos.

Non sumas usum: qui gignere possit abusum.

Cum sanctis habita: quæ sunt puerilia uita.

Elige doctorem: qui te faciat meliorem.
Elige consortem: qui sanctam det tibi sortem.
Qui bene uult agere: qui uilia facta cauere:
Prauorum fugere debet consortia ueræ.
Si sanctos sequeris: sanctus sic efficieris.
Sed prauerteris: si peruersos comiteris.
Pomum corruptum cito corrumpit sibi iunctum.
Omnia contacta denigrat pix calefacta.
Sic maculat cunctos prauus socius sibi iunctos.
Non ad taxillos ludas: nam ius uetat illos.
Ludi uitentur: ne plurima damna sequantur.
Ludens disperdit res famam: tempora perdit.
Fraudem committit: mendacia scandala mittit.
Se male ditare cupit: ac alios spoliare.
Clamat: blasphematur: irascitur: & male donat.
Infert litigia: periuria: uerbera: furta.
Ecclesiã spernit: nocet huic qui ludere cernit.
Languet: macrescit: dolet: amittendo calescit.
Perdens insanit: molestando corpus inanit.
Quãuis letetur modicum si forte lucretur.
In hoc ditatur: iniuste si teneatur.

De fama.

Ir bone sēp ama: q̄ sit tibi splēdida fama
u Nomē habere bonū: ferē dñi fore donū.
 Quisq̄s hēt uitā: nō debet spernere famā
Sancta tibi uita prodest: aliis tua fama.
Si propriam uitam fieri uis semper honestam:
Crimina deuita: nam famam dat bona uita.

Nec dum per crimen: posses amittere nomen.
Sed mala per signa: fiet tua fama maligna.

De dispositione domus.

E perdas subito domui dispone cito.
n De tua dispone: fac omnia cum ratione.
Sic ut portare ualeas: sumptus moderare

Qui nimis spendit: alienum postea præhendit.
Vt bene sufficias seruare statum sapienter.
Sumptus non facias: nisi iuxta posse libenter.
Ne plures teneas famulos inconuenienter.
In uitiiis caueas uastare quid insipienter.
Et tibi prouideas de rebus sufficienter.
In cunctis habeas mensuram conuenienter.
Discretæ uideas: quæ sunt facienda frequenter.
Et sic expeditas: prout expedit ipsa decenter.
Quotidie multa nobis nascuntur agenda.
Cum sint iam nata uelotius expedienda.
Aut aliter plura irremanebunt perficienda.
Cum tibi sit cura patrare negocia plura.
Id primo cura: cuius mora plus nocitura.

De morte.

Ordet mors cuncta: q̄ nascunt sine cuncta.
m Quæ p̄us inuicta soluit feriendo sagitta.
Nemo uitare mortem ualet aut superare
Nam clausis portis intrat loca singula fortis.
Nocte die cuiq; mors insidiatur ubiq;
Sæpe necans subito multos gladio uis acuto.
Quâuis incipias bonus: in medio quoq; fias.

Si bene nō finis: malus hic est ad mala finis.
Cur bene credendo pagens bona: praua cauendo
Ne sis damnatus: sis semper obedire paratus.
Viuerē coneris bene: nam bene sic morieris.
Vix bene uiuentem uidi prauæ morientem.
Non est mors subita: quam confortiat bona uita.
Defunctos opera sotiant: non arua nec æra.
Sis animo fortis instanti turbine mortis.
Sis bene contritus confessus mentem punitus.
Corpore munitus: christi membrisq; perunctus.
Cunctis ignosce: ueniam tibi tribui posce.
Mundum postponas: nec amicos corde reponas.
Summa tibi cura sit: q̄ mens sit bene pura.
Christum laudare satagas: & sæpe rogare:
Vt tibi condonet tua crimina: teq; coronet.
Subde uoluntati domini te corde libenti.
Est uirtus facere gratis facienda necesse.
Tunc bene uitaris: ut deuote moriaris:
Tanq̄ catholicus: ut christi uerus amicus.
In domino spera: fidens in uirgine uera.
Orans deuote: uelit intercedere pro te.
Mortem commemoras christi: nūc iugiter ores:
Te cruce signando: ueramq; fidem recitando.
Cōmendans animam dño: qui cōdidit ipsam.
Sed ne sis uictus: caueas tu demonis ictus.
Nam tunc conatur plus demon: & insidiatur:
Vt desperare faciat quem uult cruciare.
Sed sibi nō credas nec ab his que dico recedas.

Nunq̄ desperes: de diuina pietate.
 Nec propria speres saluus fore probitate.
 Te potius firmes: saluatoris bonitate.
 Qui bene cōtritos sperantes in deitate:
 Saluat clementer miseranti fertilitate.
 Quātūcunq; malus fueris: poteris fore saluus:
 Si bene contereris in fine libensq; fateris.
 Si nequeas ore: tunc saltem corde fateri.
 Pectus tundendo: signumq; crucis faciendo.
 In cruce pendentem latronem post morientem:
 Christus saluauit: quia compatiendo rogauit.
 Ergo fide firma: te christi nomine firma.
 Qui nūq̄ spernit: quos contritos bene cernit.

De pœnis inferni.

Ost mortē pœna seq̄: uel gl̄ia amena.
 p Pœnas nō purgās ē una: & altera dānās.
 Mortali uicio moriēs: mox mergit̄ orcho
 Semper passurus pœnas: nunq̄ rediturus.
 Nam non sunt digni residentes morte maligni:
 Quod sint saluati: quia sunt ualde maculati.
 Quāuis expetati spreuerunt: esse leuati.
 Cur sunt damnati iustæ: semper cruciati.
 Et uult ingrati nunq̄ sint inde leuati.
 Vermes cum tenebris & uerbera frigus & ignis.
 Demonis aspectus: scelerum confusio: luctus:
 Fetor: serpentes: langor perpes sine fine.
 Prauos torquebunt: semperq; quiete carebunt.
 Esurient: sitient: difformes corpore fient.

In terræ centro: percussi turbine tetro.
Non est orandum pro damnatis: neq; dandum.
Nam supportari non possunt siue iuuari.

De poenis purgatorii.

Vi sine mortali morit̃: tamen in ueniali:
q Vel nõdũ plena facta: de crimine poena:
Carcere seruatur: i quo grauius cruciat̃.
Donec purgatus scandit super astra beatus.
Hos supportare nos possumus: atq; iuuare:
Ut cito purgentur: ac inde cito releuentur.
Profunt defunctis: purganti carcere punctis.
Missa preces dona: profunt ieiunia prona.
Ac per eos facta propeere legata soluta.

De gaudiis paradisi.

Vi mũdus morit̃ penit̃: mox pace potit̃
q Gaudens in dño cũ sanctis in paradiso.
Nõ decet orare pro sãctis: immo rogare
Debemus: quare nec non ipsos celebrare.

De cœlorum numero.

Eni sunt cœli referandi corde fideli.
d Luna stat i p̃mo: stat mercuriusq; secũdo.
Ac uenus in terno: sol uult lucere q̃terno
Mars nitet in quĩto: sed iupiter ordine sexto.
Saturnus cœlo septeno sistitur alto.
Octauo cœlo stellas tibi esse reuelo.
Stat cristallinum super istos luce serenum.
Fulget in impireo summo para difus olympo:
In quo sunt iuncta: sine defectu bona cuncta.

Hic deitas trina regnat sup omnia digna.
 Astat regina sibi mater uirgo benigna.
 Inde hierarchia triplici sunt agmina nona.
 Dat cherubin seraphinq; thronos distinctio summa.
 In medio dominans princeps: simul atq; potestas.
 Virtutes sistunt: archangelus angelus ima.
 His homines grati: reuerenter sunt sociati.
 Iuxta pro merita: presente sibi data uita.
 Secum laudantes dnm: semper speculantes.
 Cernit amatq; deum sanctus: fruitur: tenet ipsum.
 Stat: gaudet: psallit: laudat: sine fine quiescit.
 Diues honoratus: tutus liber & sociatus:
 Clarus subtilis agilis: non passibilis fit.
 O qui ditati sunt: caeli sede beati.
 Semper honorati: summae sunt glorificati.
 Ergo mundanis rebus: spretis quasi uanis.
 Caelica poscamus: & sursum cor teneamus.
 Ut deus a poenis: protectos atq; cathenis:
 Post mundi cursum: faciat nos scandere sursum.
 Ut uelut optamus: ibi semper eum uideamus.
 Qui dat cuncta bona: det nobis haec pia dona.
 Per spiritus flamen: alme proferimus amen.

De conclusione.

Ste liber scriptus: floretus noie dictus.
 i Per me collectus: sit per te saepe relectus.
 Ac intellectus: sit firmo corde receptus.
 Factus productus: & sic pariet tibi fructus.
 Cum quibus hic gratus fies: & sine fine beatus.

Christo clemente florum cultore fauente.
Laus tibi sit trine deus une simul sine fine.
Quo duce floretum scripsi bonitate repletum.
Te rogo det flores nobis: fructus & odores:
Sic q̄ per mores: summos habeamus honores.
Te concedente: nobis pietate docente.
f Loretus mille centum uersus tenet iste:
Et ter uiginti: qui sunt metricè redemiti.
Per me bernardum clareuallum sic nominandum
Præsentem librum refero manibus tibi scriptum.
Anno milleno quattuor centumq; trigeno:
Addito septeno: numero non plus tibi fero:
Ac in octobris tibi finitus die sexto.

Explicitus.

Impressum Hispali: per Meynardum Vngut
Alamanū: & Stanislau Polonum socios. An
no dñi. M. cccc. xciiii.

FINIS.

Inc

479

